

Verso: oben, in der Mitte: N. de s(an)c(t)o Victor(e), Ph(ylippu)s de Pomo(n)te

Register: —

Edition: —

Regest: Schieckel, Reg. Dresden I, S. 314, Nr. 1379.

Formular: vgl. Herde, Audientia II, S. 653 f., QV 315h (mit Abweichungen).

Zur Datierung vgl. PU Dresden I/1, Nr. 136 (Vorbemerkung).

HONORIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et conventui monasterii | in Suselicz ordinis sancte Clare Misnensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus benignum | impertientes assensum auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona mobilia et immo|bilia, que liberas personas sororum vestrarum ad vestrum monasterium mundi relictis vanitate convolantium et pro|fessionem facientium in eodem, si remansissent in seculo, ratione successionis vel quocumque alio iusto titulo con|tigissent et ipse dare aliis libere potuissent, feudalibus dumtaxat exceptis petere, recipere ac retinere | libere valeatis sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre con|cessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, | indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. | Rome apud sanctam Sabinam V id. ianuar. pontificatus nostri anno primo.

(B. D.)

139.

Papst Honorius (IV.) gestattet der Äbtissin und dem Konvent des Klarissenklosters Seußlitz, während eines allgemeinen Gebietsinterdikts bei verschlossenen Türen mit leiser Stimme und ohne Glockengeläut das Stundengebet zu verrichten und von einem eigenen Kaplan die Messe zelebrieren zu lassen, wobei alle übrigen Personen, vor allem aber Exkommunizierte und Interdizierte, auszuschließen sind.

(1286) Januar 9, Rom S. Sabina

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 1128 (A) — *Provenienz:* Seußlitz, Klarissenkloster — *Pergament:* 29,0 cm breit, 20,9–21,3 cm hoch, Plica 3,9 cm — *littera (cum serico)* — *Besiegelung* verloren (zwei Schnitte in der Plica und im darunterliegenden Pergament).

Kuriale Vermerke:

Recto: auf der Plica, rechts: .P. Eug.
unter der Plica, links: II
M. Roc.

Verso: oben, in der linken Ecke: B